Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Oportet enim hec fieri sed nondum
est finis. Consurget enim gens
in gentem et regnum in regnum. et
erunt pestilencie et fames et te
motus per loca. Hec autem omnia
initia sunt dolorum. Tunc tradent
vos in tribulacionem et occident
vos. Et eritis odio omnibus gen
tibus propter nomen meum. Et
tunc scandalizabitur multi et in
invicem tradent et odio habe
bunt invicem. Et multi pseu
do prophete surgent et seducent
multos. Et quia habundabit in
iquitas refrigescet caritas mul
torum. Qui autem perseverauerit usque in
finem hic salvus erit. Sim

Dominica in ramis palmarum

Dominica in ramis palmarum. Dicit. i. d. s. Lucam.
Adtendite a fermento pha
risaeorum quod est hypocrisis. Nichil
autem opertum est quod non revelet
ur neque absconditum quod non scietur.
quia quecumque in tenebris dixistis in
lumine dicentur et quod in aurem lo
cuti estis in thalamis predicabitur
in tectis. Dico autem vobis amicis
meis. ne timeatis ab his qui oc
cidunt corpus et post hec non
habent amplius quid faciant:
Ostendam autem vobis cui timeatis. Timete eum qui postquam
occiderit hic potestem habet in
gehennam. Ita dico vobis. hunc
timete. Nonne quinque passeres
venumtur dipondio: Et unus ex
illis non est in oblivione coram
deo. Sed et capilli capitis vestri
omnes numerati sunt. Nolite ergo
timere. multis passeribus plu
ribus estis. Dico autem vobis. omnis
quicumque me confessus fuerit coram
hominibus et filius hominis confite
bitur illum coram angelis dei. S. Lucam.

Dominica in ramis palmarum

Illo tempore: Descendens ihs de
monte. stetit in loco campestri
et turba discipulorum eius et mul
titudo copiosa plebis a omni
tudea et hierusalem et maritima et ty
ri et sydonis qui venerant ut
audirent eum et sanarentur
a languoribus suis. Et qui ve
rabantur a spiritibus immundis.
curabantur. Et omnis turba
querebat eum tangere. quia virtus de
illo exibat et sanabat omnes
Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pau
peres quia vestrum est regnum
dei. Beati qui nunc esurietis. quia
saturabimini. Beati qui nunc flet
quia ridebitis. Beati estis cum
vos oderint homines et cum separa
verint vos et exprobraverint vo
bis et ejecerint nomen vestrum tanquam